Unus autē nō conuersione diuinitatis in carnē: sed assumptione humanitatis in deo Unus omnino non confusione substantie: sed vnitate persone Nam sicut anima racionalis et caro vnus ē homo: ita deus et homo vnus est cristus. Qui passus est pro salute nostra: descēdit ad inferos tercia die resurrexit a mortuis Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotētis: inde vēturus est iudicare viuos et mortuos Ad cuius aduentū omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et redditurі sūt de factis proprijs rationem Et qui bona egerūt ibunt in vitam eternā: qui vero mala in ignem eternū Hec est fides catholica: quam nisi quisqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit saluus esse non poterit Gloria patri.

Finit psalteriū impressum magdeburch Anno dn̄i. M.cccc.lxxxi. Per honorabilem virū dn̄m. Bartholomeū ghotan.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-115/0212
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt